

_Lettera_N_3644

Al papa Leone XIII

[Torino, poster. 16 giugno 1882] Beatissime Pater,

Ioannes Bosco Sacerdos ad pedes Sanctitatis Tuae pervolutus pro Salesiana Congregatione humillime exponit.

Haec pia Societas sub die 3 aprilis anno 1874 definitivam adprobationem a Sancta Sede consecuta est atque nonnullis privilegiis et gratiis ditata. Sed ut multae et graves difficultates eliminentur, communicatio privilegiorum cum aliis ecclesiasticis Congregationibus ad instar petita est.

Si vero Sanctitas Tua non huiusmodi communicationem ad instar, sed speciatim aliqua tantum pernecessaria privilegia nostrae Salesianae Societati concedere judicaverit, supplex postulo ut ea praeferre et concedere digneris quae in folio sunt descripta.

Quod si perpendere non dedigneris multitudinem domorum religiosarum et alumnorum in variis et dissitis Europae et Americae regionibus, humiliter et instanter deprecor ut haec privilegia in perpetuum concedantur.

Pro quo tanto et insigni beneficio Deo optimo maximo ego et omnes socii Salesiani et tibi gratias habebimus aeternas [...]

[Sac. Joan. Bosco
Rector Maior]